



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum subditi teneantur ex hoc præcepto prælatos corrigere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

moysa preceptum... de sicur ille, qui debet pecuniam...

de sicur ille, qui debet pecuniam creditori, debet ei requirere cum tempus fuerit, ut ei debitum reddat: ita qui habet spiritualiter curam alicuius, det ei querere ad hoc, quod ei corrigat de peccato. Sed illa beneficia, qua non debetur certe persone, sed cõiter omnibus proximis, siue sint corporalia, siue spiritualia, non oportet nos querere quibus impendamus: sed sufficit, quod impendamus eis, qui nobis occurrunt. Hoc n. quasi pro quada forte habendum est, ut Aug. dicit in 1. de doct. christi. Et propter hoc dicitur in lib. de verbis Dni, quod admonet nos Dns nolere non negligere inuicem peccata nostra, non querendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas. Alioquin efficeremur exploratores vite aliorum, contra id quod dicitur Prouerb. 24. Ne queras impietatem in domo iusti, & non vales requiere eius. Vnde patet, quod nec religiosi oportet exire claustrum ad corrigendum delinquentes.

ARTICVLVS III.

Utrum correctio fraterna pertineat solum ad prelatos.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod correctio fraterna non pertineat nisi ad prelatos. Dicit n. Hieronymus. Sacerdotes student illud Euangelij implere. Si peccaverit in te frater tuus, &c. sed non sacerdotum consuevit significari prelati, qui habent curam aliorum: ergo vtrique ad solos prelatos pertinet fraterna correctio. ¶ 2. Prater. Fraterna correctio est quadam elemosyna spiritualis: sed corporalem elemosynam facere pertinet ad eos, qui sunt superiores in temporalibus. s. ad ditiores: ergo & fraterna correctio pertinet ad eos, qui sunt superiores in spiritualibus. s. ad prelatos. ¶ 3. Prater. Ille qui corripit alium, mouet eum sua admonitione ad melius: sed in rebus naturalibus inferiora mouentur a superioribus: ergo et in ordine virtutis, quod sequitur ordinem nature, ad solos prelatos pertinet inferiores corrigere.

SED CONTRA est, quod dicitur 24. q. 3. Tam sacerdotes, quam reliqui fideles omnes summam debent habere curam de his, qui pereunt, quatenus, eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut si corrigibiles appareant, ab Ecclesia separentur.

RESPON. Dicendum, quod correctio, que est actus iustitie per correctionem poenae, non competit subditis respectu prelati: sed correctio fraterna, que est actus cha-

tris delinquentis per simplicem admonitionem, & talis correctio pertinet ad quemlibet charitatem habentem siue sit subditus, siue prelatum. Est autem actus iustitie, per quem intenditur bonum commune, quod non solum procuratur per admonitionem fratris, sed et interdum per punitionem, ut alii a peccato rimentes desistant: & talis correctio pertinet ad solos prelatos, qui non solum habent ad monere, sed etiam corrigere puniendo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod et in correctione fraterna, que ad omnes pertinet, grauior est cura prelatorum, ut dicitur Aug. in 1. de ciuita. Dei. Sicut n. temporalia beneficia potius debet aliquis exhibere illis, quorum curam temporalem habet, ita et beneficia spiritualia, puta, correctionem, doctrinam, & alia huiusmodi magis debet exhibere illis, qui sunt suarum spiritualium curarum commissarii. Non intendit Hieronymus dicere, quod ad solos sacerdotes pertineat preceptum de correctione fraterna, sed quod ad hos specialiter pertinet.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut ille, qui habet vnde corporaliter subuenire possit, quantum ad hoc, diues est: ita ille qui habet sanum rationis iudicium, ex quo possit alterius delictum corrigere, quantum ad hoc, est superior habendus.

AD TERTIVM dicendum, quod et in rebus naturalibus quedam mutuo in se agunt, quia quantum ad aliquid sunt se iuicem superiores, prout. s. utrumque est quodammodo in potentia, & quodammodo in actu respectu alterius. Et si militer aliquis in quantum habet sanum rationis iudicium in hoc, in quo alter delinquit, potest eum corrigere, licet non sit simpliciter superior.

ARTICVLVS IIII.

Utrum quis teneatur corrigere prelatum suum.

AD QVARTVM sic proceditur. Vtrique, quod aliquis non teneatur corrigere prelatum suum. Dicit n. Exo. 19. Bestia, que tetigerit motem, lapidabitur. Et 2. Reg. 6. dicitur quod Oza percussus est a Domino, quia tetigit arcam: sed per montem, & arcam significatur prelatum: ergo prelati non sunt corrigendi a subditis. ¶ 2. Prater. Gala. 2. super illud, In faciem eius restiti, dicitur Glo. ut patet, ergo cum subditus non sit par prelati, non debet eum corrigere. ¶ 3. Prater. Gre. dicit. Sanctorum uita corrigere non presumat, nisi quod de se meliora sentit: sed aliquis non debet de se meliora sentire, quam de prelato suo: ergo prelati non sunt corrigendi.

SED CONTRA est, quod dicitur Aug. dicit in regula. Non solum uestri, sed et ipsius, id est prelati miseremini, qui inter uos quantum in loco superiori, tanto in periculo maiori uersatur. sed correctio fraterna est operum misericordiarum: ergo & prelati sunt corrigendi.

RESPON. Dicendum, quod correctio, que est actus iustitie per correctionem poenae, non competit subditis respectu prelati: sed correctio fraterna, que est actus cha-

Super qua si erigetur materia articuli quartum.

IN art. 4. in response ad 2. dubium magnum est, quomodo Paulus fuit par Petro, quantum ad fidei defensionem, cum Petrus esset solus uerfalis pastor ex patris officio, omnibus prestans, etiam quod ad fidei defensionem, ut caput membrum.

Ad hoc dicitur, quod quantum ad fidei defensionem executiuus Paulus erat par Petro. Vnde & in littera ponitur ly, aliquo modo, quasi diceret quod non simpliciter in defensione fidei, sed aliquo modo in hoc erat par. Si significat autem paritas hac uniuersalem curam in utroque defendendi fidem a domino Iesu Christo habitam, cum qua equalitate sit summa autoritas ex officio defendendi fidem in solo Petro. Sicut si Papa committeret authoritatem episcopalem in aliqua dicecesi archiepiscopo, ille esset equalis episcopo ex delegato potestate ex qua dicitur, non autem

Li. 1. c. 9. tom. 5.

Loco citato in argu.

4. dist. 19. q. 2. ar. 2. q. 3. Et virt. q. 1. art. 1. ad 8. Et Galat. 2. le. 3. prim. & ad Col. cap. vlc. 8.

Glof. Amb. ibidem.

In regula c. 43. non recitote a fine tomo. 1.

Utrum peccator debeat corrigere delinquentem.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, qd peccator corrigere debeat delinquentem. Nullus enim propter peccatum quod committit, a precepto obseruado excusatur: sed correctio fraterna cadit sub precepto, vt dictum est; ergo videtur quod propter peccatum, quod quis commisit, non debeat pratermittere huiusmodi correctionem.

¶ 2 Præter. Eleemosyna spiritualis potior est, quam corporalis eleemosyna: sed ille, qd est in peccato, non debet abstinerere, quin eleemosynam corporalem faciat: ergo multo minus debet abstinerere a correctione delinquentis, propter peccatum præcedens.

¶ 3 Præter. Ioan. 1. dicitur. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Si ergo propter peccatum aliquis impeditur a correctione fraterna, nullus erit, qd possit corrigere delinquentem: hoc autem est inconueniens: ergo & primum.

SED CONTRA est, quod Ildorus dicit in lib. de summo bono. Non dēt vitia aliorū corrigere, qui est vitij subiectus. & Rom. 2. dicit. In quo alium iudicas, te ipsum cōdemnas: eadē. n. agis, quā iudicas.

RESPOND. Dicendū, qd sicut dictum est, correctio delinquentis pertinet ad aliquem, in quantum viget in eo reū iudicium rōnis. Peccatum autē, vt supra dictū est, non tollit totum bonū naturę qn remaneat in peccatē aliquid detrecto iudicio rōnis. Et si hoc potest sibi competere a subditis delinquenti arguere: sed tñ per peccatum præcedens, impedimentum quoddam huic correctioni affertur pp trita.

Primo quidē, quia ex peccato peccedenti indignus redditur, ut alij corrigat, & præcipue si maius peccatum cōmisit, non ē dignus, ut alij corrigat de minori peccatō. Vñ super illud Matt. 7. Quis videt se stucā & c. dicit Hieronimus. De his loquitur, qui cum mortali crimine detineant obnoxii, minora peccata fratribus non cōcedit. Secundo, redditur īdebita correctio pp scāsalū, qd sequit ex correctione, si peccator corripientis sit manifestus, qd vñ, qd ille qui corrigit, non corrigat ex charitate, sed magis ad ostentationem. Vñ sup illud Matth. 7. Quomodo dicis fratri tuo & c. exponit Chryl. in quo proposito, puta, ex charitate, ut

autem, ex officio. In eadem responsione ad secundum aduerte, qd cum doctrina apostolica non solo verbo, sed facto Ecclesie proponat, ex facto Pauli docemur, qd ubi esset periculum fidei, non informis, sed formate in Ecclesia aliqua & esset spes subueniendi tali periculo, non per secretam monitionem, sed sola per hoc essent prelati a subditis publice arguendi, sicut publice errant. Factum enim Petri non erat tam grande, ut haberet etiam rationem scandalizati, ut inferi in quatuor de scandalo author dicit. Et periculum charitatis periculum vite est, quia fides sine operibus mortua est. Et rursus totum Ecclesie studium est ad fidem formatam generandam, nutriendam, atque tuendam. Reliqua namque pars redigenda est in falciculos ad comburendum. Quare argues Paulus Petrum propter periculum salutis credentium, nec tam paruum peccatum (scandalosum tamen) sufferens docuit alios, quam magnanimos se exhibere debent in sceleribus arguendis, verbis tamen prelatorum suorum scandalizantium Ecclesiam, & trahentium exemplo suo alios in damnationem. Et ad hoc tenentur principes tamen Ecclesie, quia orbis, cum Papa scandalizat Ecclesiam, & reuerenter ad pariem monitus non respiceret. Probabile namque est, quod uerebatur principes palam arguentes, quamuis subditorum salutem contemnat: & si ipse non fiat bonus, saltem alios non scandalizabit. Multo enim magis ad hoc tenentur, qui possunt opem ferre, quam ad erudendum eos, qui ducuntur ad mortem corporalem. Debent enim opponere se in iudicio pro domo Israel. Videntes enim fratres suos indigere, & claudentes uiscera sue misericordie cum effectum ab eis, quomodo

ritaris, pertinet ad unumquemque respectu cuiuslibet personae, ad quam charitatem debet habere, si in eo aliquid corrigibile inueniat. Ad hoc enim ex aliquo habitu, vel potentia procedens, se extendit ad omnia, quae continentur sub obiecto illius potentiae, vel habitus: sicut visio ad omnia quae continentur sub obiecto visus. Sed quia actus virtuosus debet esse moderatus debitis circumstantiis, ideo in correctione, qua subditi corrigunt prelatos, debet modus congruus adhiberi, ut scilicet non cum proteruita & auidia, sed cum mansuetudine & reuerentia corrigant. Vñ Apostolus dicit ad Timotheum 5. Seniore non increpaueris, sed obsecra ut patrem. Et ideo Dionysius redarguit Demophylum monachum, quia sacerdotem irreuerenter correxerat, cum percutiens, & de Ecclesia eiciens.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod tunc prelati inordinate videtur tangi, quando irreuerenter obiurgantur, vel est quoniam ei detrahitur. Et hoc significatur per contactum motus & arca damnatum a Deo.

AD SECUNDUM dicendum, quod in faciem resistere coram omnibus excedit modum fraternae correctionis. Et ideo sic Paulus Petrum non reprehendisset, nisi aliquo modo par esset, quantum ad fidei defensionem: sed in occulto admonere, & reuerenter hoc potest etiam ille, qui non est par. Vnde Apostolus ad Colossios vlt. scribit de subditis, ut prelatum suum admoneat cum dicit. Dicite Archippo episcopo. Ministerium tuum imple. Sciendum tamen est, quod ubi immineret periculum fidei, etiam publice essent prelati a subditis arguendi. Vnde & Paulus, qui erat subditus Petro, propter imminens periculum scandalizati circa fidem Petrum publice arguit. Et sicut Glossa Augustini dicit ad Galatas 2. ipse Petrus exemplum maioribus præbuit, ut sicubi forte rectum transem relinquerent, non dedignentur etiam a posterioribus corrigi.

AD TERTIUM dicendum, quod presumere se esse simpliciter meliorem, quam prelati, videtur esse presumptuosam superbia: sed aestimare se meliorem quantum ad aliquid, non est presumptionis, quia nullus est in hac vita qui non habeat aliquam defectum. Et etiam considerandum est, quod cum aliquis prelatum charitatiue monet, non propter hoc se maiorem existimat: sed in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur, ut Augustinus dicit in regula.

Incipit epi. Hebraeorū historia.

Epist. 19. inter medium & fi. to. 2.

Loco citato in argu.